



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

48. Ex injuncti Nobis divinitùs &c. Indulgentia Plenaria perpetua in Articulo
mortis pro morientibus in Hospitali Sanctissimi Salvatoris ad Sancta
Sanctorum de Urbe.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procediū
ab erectio-
ne Hospitii
Pauperum
Invalido-
rum in Ur-
be & simi-
lium, vel
salte Cong-
regatio-
nem in di-
versis par-
tibus.

CUM inter gravissimas, multiplicesque curas, quibus ex Sacrosancti Apostolatus humilitati nostrae divinitus commissi debito incessanter urgeamur, illa praecipue animum nostrum angat sollicitudo, quam de pauperum, & egenorum necessitatibus tum spiritualibus, tum temporalibus sublevandis corde jugiter versamus; ac proinde quemadmodum, ne quisquam indigens, aut mendicus esset inter nos; ejus auxilio adjuti, cujus oculi in pauperem respiciunt, quemque electis suis in novissimo die dictum credimus: quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis, non ita pridem Hospitium Apostolicum Pauperum Invalidorum in Alma Urbe Nostra, ex qua bonorum operum exempla in omnes Christiani Orbis partes promanant, ereximus, & institutum, ita similiter ubique locorum, & gentium, ac praesertim in reliquis Civitatibus, & locis Temporalis S. R. E. Ditionis, ejusmodi Hospitia, per quae eorumdem Pauperum animae, ac corporis saluti opportunè consulatur, seu saltem pias quasdam Congregationes de Charitate nuncupatas, ubi scilicet istae ad rectam, ac salubrem ipsorum pauperum directionem, & curam sufficere videbuntur, erigi, ac institui: Sicubi verò, benedicente Domino, Hospitia, seu Congregationes hujusmodi erecta, seu erectae, & instituta, seu institutae fuerint, conservari, & augeri summodò cupimus; atque ad id tum Venerabilium Fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporum, aliorumque Ecclesiarum Praelatorum, & Ordinariorum, tum dilectorum filiorum nostrorum, & Apostolicae Sedis de laterè Legatorum, seu eorum Vicelegatorum, necnon Praesidentium, & Gubernatorum Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, & Locorum quorumcumque Nobis, & dictae Sedi tam mediatae, quam immediatè subjectorum, zelum, vigilantiam, & pietatem, datis ad eos jussu nostro literis, excitare, atque urgere curaverimus.

Ut ubique
fideles ala-
crius pio
operi in-
tendant
concedit
Deputatis
indulgen-
tias.

§. 1. Hinc est, quòd Nos illius, qui Mendicus, & Pauper dici non abhorruit, ac propter Nos egenus factus est, cum esset dives, ut ejus inopia nos divites essemus, vices licet immeriti gerentes in Terris, ut Christi fideles, ubicumque existentes, eo alacrius tam pium, ac salutare opus in Pauperum praedictorum utilitatem promoverè conitarentur, quòd spiritualium gratiarum, quarum dispensatores à Domino constituti sumus, muneribus uberius noverint se resectos, paternae charitatis studio providere cupientes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Hospitiis, seu Congregationibus hujusmodi ubivis tam haecenus canonicè erectorum, seu erectarum, quam in posterum quodcumque canonicè pariter erigendorum, seu erigendarum Deputatis, aliisque quocumque nomine nuncupatis, Ministris, & Officialibus, die, quo sua respectivè ministeria, seu officia susceperint, si verè poenitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, plenariam.

Plenariam
pro die in-
gressus in
Congrega-
tionem.

Plenariam
in articulo
mortis pro
Infirmis, &
intervien-
tibus.

§. 2. Ipsisque, necnon omnibus, & singulis eorumdem Hospitiorum Pauperibus, quos in Hospitiis praefatis, seu etiam in Hospitalibus infirmorum, ad quae ab ipsis Hospitiis translati fuerint, ab humanis decedere contigerit, ac personis in Hospitiis hujusmodi interventibus quibuscumque nunc, & pro tempore existentibus, incusjussu eorum mortis articulo, si verè pariter poenitentes, & confessi, ac sacra Communione resecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti Nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde devotè invocaverint, etiam plenariam.

§. 3. Praeterea illis verè quoque poenitentibus, & confessis, & sacra Communione resectis, qui sui quisque Hospitii Ecclesiam, Cappellam, seu Oratorium, vel saltem Majorem, vel Parochialem, seu aliam Ecclesiam suae quisque Civitatis, Terrae, Oppidi, vel Loci ab Ordinariis Locorum respectivè designandam in duabus dumtaxat anni festivitibus per eosdem Ordinarios semel tantum pariter ad id designandis, à primis Vesperis usque ad occasum Solis festivitatum hujusmodi annis singulis devotè visitaverint, & ibi pro felici pii operis hujusmodi progressu, & propagatione, ac pro Christianorum Principum concordia, haeresium extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, itidem plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

§. 4. Demum eisdem Hospitiis, ac Congregationibus hujusmodi Deputatis, Ministris, Officialibus quibuscumque praesentibus, & futuris, quocumque congressibus pro salubri ipsorum Hospitiorum directione, seu ipsis Congregationibus juxta earum institutum ubivis faciendis respectivè interfuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus ad suum quisque officium pertinenens peregerint, pro quolibet opere hujusmodi sexaginta dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentis in forma Ecclesiae consue-ta relaxamus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Plenariam
in duabus
anni festi-
vitatibus.

Sexaginta
dierum
pro diebus
in quibus
Deputati
congregan-
tur.

§. 5. Volumus autem, ut eorumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Fides ad-
hibenda
transump-
tis.

Dat. Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Decembris 1693. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. 18.
Dec. 1693.
P. A. 3.

J. F. Card. Albanus.

Indulgentia Plenaria perpetua in Articulo mortis pro morientibus in Hospitali Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum de Urbe.

INNOCENTIUS PAPA XII.

XLVIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncti Nobis divinitus Sacrosancti Apostolatus Officii debito Animarum saluti, quantum cum Domino possumus, consulere cupientes, omnibus, & singulis utriusque Sexus Christi fidelibus aegrotis in Hospitali Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum de Urbe pro tempore morientibus, in cujuscumque eorum mortis Articulo, si verè poenitentes, & confessi, ac sacra Communione resecti, vel, quatenus id facere nequiverint, saltem contriti Nomen JESU ore, si potuerint, sin minus corde devotè invocaverint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Indulgentia plenaria
ut in ru-
brica.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Januarii 1694. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. 5. Jan.
1694. P. A.
3.

J. F. Card. Albanus.

Manda-

Mandatum Officialibus Archiconfraternitatis Annunciationis de Urbe, ut annis singulis viginti subsidia dotalia totidem Puellis Hospitii Apostolici Pauperum Invalidorum de eadem Urbe per Congregationem super Regimine ejusdem Hospitii deputatam nominandis præstent, & assignent.

XLIX.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium à dispositis ad favorem Puellarum Hospitii Apostolici in Constitutione Erektionis pro illarum habilitatione ad subsidia Dotalia.

A Liās Nos, postquam Hospitium Pauperum Invalidorum in Palatio Nostro Pontificio apud Ecclesiam Sancti Joannis in Laterano de Urbe erexeramus, & institueramus, inibique in mansionibus ab eis, quæ sunt Virorum penitus sejunctis, & separatis, etiam pauperes Puellas tuendæ potissimum earum honestatis gratiā collocaveramus, ne illæ, quas tanquam præ cæteris inopes, ac miserales omnique prorsus humana ope destitutas in idem Hospitium recipi mandaveramus, aut aliæ quæcumque in illud pro tempore recipiendæ puellæ à consequendis subsidiis dotalibus, quæ per Archiconfraternitates, Confraternitates, aliæque Loca pia, & personas dictæ Urbis distribui solent, excluderentur, easdem tunc, & pro tempore existentes Hospitii supradicti Puellas ad subsidia dotalia hujusmodi etiam Nationalia obtinenda, tamen juxta consuetudines, usus, & statuta quævis Archiconfraternitatum, & aliorum Locorum piorum præfatorum, sive quorumcumque Testatorum, & piorum Largitorum, qui eadem subsidia præstari ordinarunt, dispositiones qualitatæ non essent, seu alias præscriptis requisitis carerent, sub certis modo, & forma tunc expressis habilitavimus, ac habiles, & capaces fecimus, & declaravimus, & alias prout in nostris Anno Incarnationis Dominicæ M. DC. XCHII. Tertiodecimo Kalendas Junii Pontificatus Nostri Anno Secundo sub plumbo desuper expeditis litteris, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur; Nunc autem Nos dilectas in Christo filias Hospitii hujusmodi puellas amplioribus favoribus, & gratis prosequi volentes, & earum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

Mandatum Officialibus Sanctissimæ Annunciationis, ut singulis annis præstent viginti subsidia cum pretio Veltium.

§. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus Administratoribus, Officialibus, seu Ministris quocumque nomine nuncupatis Archiconfraternitatis Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis in Ecclesia ejusdem Sanctæ Mariæ super Minervam de Urbe præfata canonice institutæ, ad quos ea res spectat, & pro tempore spectabit, tenore præsentium præcipimus, & mandamus, ut ipsi singulis annis viginti subsidia dotalia, quorum decem sint quinquaginta, reliqua vero decem quadraginta scutorum monete Romanæ pro quolibet ex illis, quæ per eandem Archiconfraternitatem pauperibus Puellis dispensantur, una cum pretio veltis eis dari solitæ totidem Puellis Hospitii præfati nunc, & pro tempore existentibus, ad effectum matrimonii, vel monachatus realiter, & cum effectu præstent, & assignent, seu præstari, & assignari curent, & faciant, ea tamen lege, ut si unquam propter considerabilem ejus-

dem Archiconfraternitatis redituum diminutionem, cætera subsidia dotalia, quæ dicta Archiconfraternitas aliis Puellis distribuere solet, diminui contigerit, pari modo dicta viginti subsidia, salvo tamen semper eorum numero prædicto, diminui debeant.

§. 3. Porro viginti subsidiorum dotalium hujusmodi præstatio, assignatio ita fieri debeat, ut viginti Puellæ Hospitii præfati nullatenus à memoratis ejusdem Archiconfraternitatis Administratoribus, Officialibus, seu Ministris visitentur, eligantur, seu nominentur, sed illarum electio, seu nominatio, ac omnimoda de viginti subsidiis dotalibus hujusmodi disponendi facultas ad Congregationem dilectorum pariter filiorum modernorum, & pro tempore existentium Hospitii hujusmodi Deputatorum, cujus erit eas puellas eligere, seu nominare, quæ vitæ, ac morum honestate, modestia, ætate, aliæque ratione cæteris antecellant, penitus pertineat.

§. 4. Ubi verò à Congregatione præfata electio, seu nominatio hujusmodi, ut præfertur, facta fuerit, cedulæ subsidiorum hujusmodi promissoriæ, quæ sanè liberæ prorsus, & absque ullo vinculo aut conditione, juxta modum à memorata Congregatione præscribendum faciendæ erunt, una cum pretio veltis, sicut præmittitur, dari solitæ, dictis Deputatis consignari debeant, penes eos asservandæ, donec, & quousque iisdem Puellis sic electis, seu nominatis, cum nimirum eas in Religione, vel Matrimonio juxta earum vocationem collocari contigerit, tradantur, ita tamen, ut si quæ ex illis, quæ sic electæ, seu nominatæ fuerint, bonum sui specimen præbere non perrexerint, qua in re memorata Congregationis judicio standum erit, illæ à commodo, & beneficio eorumdem subsidiorum dotalium sibi assignatorum cadant, nec illa, seu illorum cedulas petere, consequi, & obtinere valeant, sed subsidia eis assignata, seu illorum cedulæ hujusmodi, quemadmodum etiam illa, quæ ob Puellarum, quibus assignata erant, mortem ante earum Matrimonium, vel Monachatum respectivè secutam, sive ob aliam rationem effectum suum sortita non fuerint, aliis Puellis ejusdem Hospitii per dictam Congregationem pariformiter eligendis, seu nominandis, assignentur, nec ista in eorum numero, quæ Puellis præfatis, sicut præmittitur, quotannis assignari debent, ullatenus computari, sed novæ cedulæ illorum promissoriæ à supradictis Administratoribus, Officialibus seu Ministris ad favorem aliarum Puellarum per Congregationem præfata, sicut præmittitur, subrogandarum, seu nominandarum fieri, iisdemque Deputatis modo, & forma supradictis consignari debeant.

§. 5. Cæterum quæcumque Hospitii hujusmodi Puellæ, quæ ad subsidia dotalia præfata, sicut præmittitur, admittæ, seu nominatæ fuerint, Professionibus, aliisque publicis functionibus in distributione eorumdem subsidiorum dotalium, aut illo tempore occasione fieri solitis interesse minimè teneantur, sed intra idem Hospitium Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumere, aliæque pia opera, sive à dicta Archiconfraternitate statutis, sive à quorumvis Testatorum, & piorum largitorum præfatorum dispositionibus injuncta adimplere possint, & debeant.

§. 6. Eisdem verò Puellis, statim ac Matrimonium contraxerint, quod quidem Parochi attestatio à duobus ex Deputatis prædictis subscripta probari sufficiat, vel in aliquo Monialium Monasterio professionem regularem per ipsas Moniales emitti consuetam expressè emiserint, subsidia dotalia eis, ut præfertur, assignata, liberè, promptè, nullaque interposita mora, ac absque ulla cautione perfolvantur.

§. 8. Singulis demum Puellas præfatas ad plura quam duo ex viginti subsidiis dotalibus supradictis per memoratam Congregationem Deputato-

Puellæ nominandæ à Congregatione Hospitii.

Subsidia consignanda Deputatis Hospitii absque vinculo.

Demerentium aut morentium cedulæ assignentur aliis Puellis absque alteratione numeri anni.

Puellæ eximuntur à processionibus, aliisque functionibus publicis.

Subsidia solvantur absque cautione, seu quoto matrimonio, vel professione.

Nulla puella gaudere potest plura quam duobus subsidii.

rum